A. Num liceat Sabbato ſanare? v. 3. Quæſtioni huic

- 1. Occaſionem Hydropicus quidam, qui ante ipſum erat, v. 2.
- 2. Solutionem
  - 1. Nemo Adverſariorum. Hi enim tacent, v. 4. (non quaſi conſentiant: ſed ut capiant, &c.
  - 2. Ipſe Chriſtus;
    - 1. Opere: Apprehenſum namq; Hydropicum ſanavit ac dimiſit, v. 4.
    - 2. Ore, Argumento à minori ad majus ducto (Si vobis licitum eſt aſinum, ne aquâ pereat, Sabbatho extrahere &c.) Notetur autem ἀπολογίας
      - 1. Forma. Non ſimplici; ſed figurato dicendi genere Salvator uſus eſt; adhibito non tàm interrogationis quàm communicationis Schemate: ut hoc modo Antagoniſtas ſuo jugulet gladio, v. 5.
      - 2. Finis: Confuſio hoſtium, v. 6.

XVIII. poſt Trinit. Matth. 22, 34——46.

Phariſæi hoc loco ἐπὶ τὸ αὐτὸ congregati, partim

- 1. Interrogant Chriſtum de magno in Lege mandato, v. 36. Obſervetur Quæſtionis
  - 1. Cauſa
    - 1. Impulſiva: Rumor nim. de glorioſa CHRISTI victoriâ, quam ex Sadducæorum φιμώσει conſecutus eſt, v. 34.
    - 2. Organica: Legisperitus quiſpiam, tentans DOMINUM, v. 35.
  - 2. Deciſio à Chriſto facta v. 37. 38. cum
    - 1. Ἐπανορθώσει Phariſæorum, Præceptum de dilectione Proximi, vilipendentium, v. 39.
    - 2. Κατασκευῇ v. 40.
- 2. Interrogantur à Chriſto, v. 41. Attendatur igitur;
  - 1. Quæſtio DOMINICA: Quid vobis videtur de CHRISTO? cujúsnam Filius eſt? v. 42.
  - 2. Reſponſio Phariſaica: Davidis, v. 42. Cæterùm DOMINUS hic
    - 1. Inſtantiam affert;
      - 1. Simplicem, ex Pſal. 110, 1. v. 43. 44.
      - 2. Compoſitam, ſeu διλημματικὴν v. 45.
    - 2. Palmam aufert, v. 46.

XIX. poſt Trinit. Ev. Matth. 9, 1——8.

DOMINUS